



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

In qua quantitate & ex quibus bonis hæ arrhæ concedi possint. §. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

3. Affirmatim respondeatur.  
4. Concedi possunt ha arrha ante, & post matrimonium.

1. **H**Vicunque de arrhis spectato iure communis loquuntur sumus, nunc de arrhis spectato iure nostro regio. Arrhae igitur in Hispania donationi propter nuptias succederunt, ut habetur leg. i. tit. 11. part. 4. tamen si ab ea donatione, ut initio huius puncti aduentu longè distent. Haec igitur arrhae conceduntur ab sposo sponso non in signum, & pignus matrimonij contrahendi, cum etiam à marito post contratum matrimonium dari possint, sed in premium virginitatis sponsae ab sposo ladeantur, & in compensationem, seu remuneracionem nobilitatis ipsius, & donis receptae, ut colligunt ex leg. 50. & seqq. Tauri, & tradit Sanch. lib. 6. de matr. disp. 1. num. 1.

1. Quapropter non solum virginis, sed etiam viduae concedi possunt, quia non necessario conceduntur in premium virginalis pudicitiae, sed in premium pudicitiae vidualis, & remuneracionem donis receptae concedi poterunt, ut probat lex 1. tit. 2. lib. 3. fori, & docente Gregor. Lopez leg. 87. verbo sequo furo tit. 18. part. 12. & leg. 1. verbo en Espana ad finem sit. 1. part. 4. Anton. Gomez, leg. 52. Tauri. num. 13. Gutierrez de matr. cap. 19. num. 9.

2. Ex quibus illa grauis questio deciditur. An sponsa, quam virgininem esse sponsum credebat, cum tamen non sit, retinere arrhas sibi traditas possit? Et licet aliqui Doctores, ut Castillo leg. 56. Tauri num. 20. Cordub. in sum. 9. 13. 5. Ludos. Lopez 1. part. infrauctio. cap. 7. 6. 5. præterea. Vega, lib. 1. sum. casu 387. Man. 1. tit. sum. cap. 208. num. 2. negare videantur, eo quod ipsi in premium virginitatis fuerint concessa argum. leges xvixit. Cod. de donat. inter vir. & vxor. Sublata autem virginitate cessat causa finalis concessionis, argum. leg. 2. § fin. de Donat. At communis sententia contrarium firmat, vt multis comprobatur Sanch. leg. 6. de matr. disp. 27. & n. 4. Gutierrez de matr. cap. 19. num. 8. ea præcipue ratione, quia arrhae non tam in premium virginitatis, quam in remuneracionem nobilitatis sponsae, & donis receptae conceduntur, si quidem succedunt antiquae donationi propter nuptias, quæ ob predictas causas concedebatur. Quando autem causa finalis adequatè non cessat, nullatenus cessat dispositio, ut probauit tract. de legib. disp. 5. pun. 1. Neque ex eo quod tradens arrhas non foret illas tradituras, si sciret sponam virginem non esse, inferendum est traditionem nullam esse; quia est error ad summum circa causam minus principalem, ut et melius dicam circa impulsuam, & extrinsecam, ex quo non viciatur actus, sicut non viciatur eleemosyna da pauperi, cui non dares, si soles virum religiosum non esse, quia pauperis probitas non est causa finalis elemosynæ, sed impulsuam. Quod adeò verum est, ut etiam si in instrumento donationis sola apposita fuerit causa virginitatis ad arrhas concedendas exitimadum est ex stylo imperio Tabellionum fieri, & non ex voluntate contrahentium, ac proinde donationem non immutare, ut docet Gregor. Lopez. leg. 87. tit. 18. par. 3. verbo, sequo furo. Valacus cons. 1. num. 4. & conductum tradita per Tiraquel. leg. si unquam in prefat. num. 126. Cod. de reuocand. donat. Anton. Gomez. 2. vñ. cap. 4. numero 22. Gutierrez. Authent. Sacramenta puberum, num. 101. Cobarub rubra de testam. 2. p. num. 14.

3. Haec arrhae concedi possunt ante, & post initum matrimonium ex leg. 87. tit. 18. part. 3. ibi arras, & donationes faciem maritos a suis mulieribus, & leg. 52. tit. 1. part. 4. dicitur, las dotes, & las donationes que facit el marido a la mujer &c. leg. 52. Tauri, ibi el marido dar mas arras a su mujer. Et leg. 52. ibi, no auendit arras en el tal casamiento, & matrimonio. At iuxta communem usum non nisi post consumatum matrimonium maritus, & vxor appellantur, nec matrimonium dicitur, nisi quod per verba de presenti contrahitur, ergo, &c. Deinde donatio arrham est multum distet ab antiqua donatione propter nuptias, in illius tamen locum succedit, ut deciditur in leg. 1. tit. 1. part. 4. At iure communis donatione propter nuptias constante matrimonio fieri poterat, leg. inter eos ff. de donat. inter vir. & vxor. & leg. si constante, & leg. cum à matre, Cod. de donationib. ante nupt. Ergo donatio arrham constante matrimonio fieri poterit. Tertio donatione, que prohibetur inter coniuges est liberalitas, & gratuita, ut colligunt ex leg. 5. scindendum ff. de donat. inter vir. & vxor. & ex cap. fin. eodem. At haec arrham donatione non sic se habet, cum non ex mera liberalitate procedat, sed in remuneracionem pudicitiae, nobilitatis, & donis sponsae. Ergo licita est: si quidem inter coniuges licita est remuneratoria donatione, ut multis comprobatur Sanch. lib. 6. de matr. disp. 2. & n. 2. Atque ita tradunt alii relatis Ant. Gomez leg. 52. Tauri. n. 12. Cobarub. 4. decret. 2. part. cap. 3. § 7. n. 12. Matrem lib. 1. 5. recipit. tit. 2. leg. 2. gloss. 2. num. 2. Gutierrez. lib. 3. præf. quis. 43. num. 5. & de matr. cap. 19. num. 1. Sanch. lib. 6. de matr. disp. 2. n. 2. tamen Gregor. Lopez dicta leg. 1. verbo en Espana tit. 11. part. 4. & Molin. Iefuita. 2. de iust. disp. 431. §. dubium, contrarium sentire videantur.

## §. IV.

In qua quantitate, & ex quibus bonis haarrhae concedi possint?

- Predicta arrhae excedere non possunt spectato iure nostro regio decimam bonorum partem donantur.
- Quæ bona qualiter computanda sunt ad huiusmodi excessum.
- Plures censent ad decimam computationem bona qua concedem bon a fide possidit esse computanda.
- Verius est sola ea quæ propriæ sunt computanda esse.
- Satisfit oppositum.
- Qualiter in posseffore maioratus bona computanda sunt.
- En arrhae promissæ à marito habentes filios prioris matrimonij extrahenda sunt ex cumulo hereditatis, vel solum de quinta bonorum parte? Afferuntur ex sola quinta bonorum parte.

1. **P**OND predicta arrham donatione excedere non potest aucto iure regio Hispania decimam bonorum partem donantur, ne hac via coniuges le mutuò sponcent, ut habetur leg. 1. tit. 2. lib. 3. fori & leg. 52. Tauri, quæ hodie est lex 2. tit. 2. lib. 5. compilat. vbi expedit cauetur huic legi recessari non posse. Quod intelligendum est, quando donans promittens arrhas est is qui sponsalia, vel matrimonium contrahit, secus si alius tertius nomine proprio promitteret, vel donaret non quidem ex bonis sponsi, hoc enim est, ut si ipse sponsus promitteret, sed ex bonis propriis. Quia lex tit. 2. de las arrhas lib. 3. fori, quæque approbat leg. 50. Tauri solum comparatione contrahentis restinxit, ne decimam excederet, ibi: todo home que casare no puede dar mas arras a su muer del diezmo. Ergo respectu aliorum, qui arrhas donant, vel promittunt possunt ius commune intactum manet. At iure communis nulla est facta restrictio in arrham concessione. Ergo alij ab sposo concedentes arrhas nomine proprio, & ex propriis bonis poterunt in qualibet quantitate concedere, uti comprobatur Sanch. lib. 6. disp. 2. 29. num. 1. 8. Gutierrez de matr. cap. 19. num. 25.

2. Ut autem constet, an arrham constitutione excedat, vel non excedat decimam bonorum partem ipsius constituentis, ea tantum bona computanda sunt, quæ donans habet tempore donationis, seu promissionis arrham, non quæ postmodum habiturus est nisi aliud fuerit expressum, ut recte alii relatis docent Gutierrez. lib. 3. præf. quis. 42. num. 2. & de matr. cap. 19. num. 1. Sanch. lib. 6. disp. 29. num. 6. Non enim nostra reputantur sunt nisi ea quæ actu possidimus, maxime in obligacionibus inducendis leg. si populari 76. 1. §. de verbor. obligat. & leg. si mandator. §. ii. catus si mandator. leg. si ita legatum. Cod. que res pignori. Neque his obstat lex fin. Cod. que res pignori & leg. 5. tit. 13. part. 5. vbi sub hypotheca bonorum non solum presentia, sed etiam futura intelliguntur. Nam ut recte Sanch. dicta disp. 29. num. 7. inquit est speciali in hypotheca: eo quod ex comprehensione bonorum futurorum non extendatur obligatio, sed obligatoris securitas. Secus vero est dicendum vbi ex comprehensione futurorum bonorum obligatio esset extendenda, via presenti contingit. Quicorū si tempore promissionis arrham nulla bona habeas, tamen si ea habeas tempore quo arrhas concedis, nulla est promissa, nec donatio, ut recte tradunt Sanch. & Gutierrez. Supradicta aduersus Bacza, & Achelos quia non ex futuro euenter, sed ex praesenti promissio regulariter est, si quidem promittit arrhas ex tuis bonis, bona autem futura non sunt, sed erunt. Verum si expresso de bonis non solum presentibus, sed futuris arrhas promitteres, sicut facere potest ex lega. tit. 2. de las arrhas lib. 3. fori, donatio data est facultas eligendi tempus, in quo bonum computatio fiat, ne decimam partem illorum excedat, ut recte Anton. Gomez leg. 52. Tauri num. 13. Gutierrez. lib. 3. præf. quis. 42. num. 2. & de matr. cap. 19. num. 17. Sanch. disp. 29. num. 5. Bonum autem tradentis, vel promittentis arrhas sunt que remittunt deducto ære alieno; quia ea quæ aliis debentur, nostra conferri non debent, leg. subfiguratum ff. de verbor. significat, & multis comprobatur Gutierrez. quis. 42. ferè per totam. Sanch. disp. 29. num. 11. & 12. Inter haec autem bona computatio debent officia tabellonariorum, rectoris urbium, & quelibet alia vendibilia, quia cum vendi possint, & pretio astimantur, ut pars bonorum habenda sunt. Item comparanda debent omnia illa bona, quæ tibi debentur, & ad quæ recuperanda habes actionem, quia moraliter tua sunt, leg. bonorum ff. de verbor. significat, & tradit Sanch. num. 13. & Gutierrez. lib. 3. num. 17.

3. Sed an ad decimam computationem sufficiat bona fide tempore promissionis bona tanquam propria possidere, tam et postea euincatur, vel alias constet propria non esse? Grauis est controvergia, in qua Roderic. Suan. leg. 1. titula. lib. 3. fori. vers. nota tamen, Anton. Gomez leg. 52. Tauri, num. 13. Bacza de non mejorandis filialibus ratione dicit. cap. 1. num. 1.

numero 12. *Marien. leg. 2. titul. 1. lib. 5. compilat. gl. off. 2. num. 4.* Azebedo dicit leg. n. 23. Molin. leuita, tom. 2. tract. 2. disp. 43. §. illud est obtemperandum affirmans id sufficiens esse. Duncum primo ex leg. *bonorum appellatio* 49. ff. de verbis signifian-  
tibus vbi expresse decidunt bona nostra esse quia bona fide possidemus, tamen si aliena sunt, ibi *ta bona autem nostra computatur* secundum est non solum quia dominij nostri sunt, sed eti-  
am bona fide a nobis possidentur. Secundum ex leg. 1. §. sed cum ali-  
quis. Cod. de testam. vbi validum reputatur testamentum, in  
quo testis seruus adfuit; eo quod ut liber fuerit reparatus,  
quia error communis vitium supplet, & veritatis aquilat.  
argum leg. *Barbarini Philippo*, ff. de officio pratoris, cap. ad  
probandum de re iudicata, cap. fin. Qui filii sine legitimi. Ter-  
tius ex cap. consultationibus in 1. part. de iure parvorum, vbi in-  
stitutus ab eo qui ius patronatus bona fide possidebat non  
removet, tamen si postea a possessione, in iure patrona-  
tus removetur, quia non spectatur quid futurus essent  
patres, sed quid praesens status postulet: at praesens status  
promittentis arribas postulare videtur, ut omnia bona, quae  
bona fide tanquam propria possidet, in comparationem ve-  
nient. Ergo ex cunctione postmodum subsecuta haec compa-  
ratio immutanda non est.

4. Nihilominus esti praeclara sententia sit satis probabili-  
lis contraria veriori repute, scilicet bona, que vere  
aliena sunt, & alteri debita, tamen si ut propria possideas, non  
venire in computationem, sic tenet Ayora de partitionib. 1. p.  
cap. 7. n. 22. Gutierrez. lib. 3. tract. quæst. 42. à n. 12. Et de matr.  
cap. 19. num. 27. Sanch. lib. 6. disp. 30. num. 2. Idemque assertum  
intelligendum est de sponsalitate largitate, qua octauam  
partem dotis sponsa excedere non potest, & consequenter  
regulanda est iuxta quantitatem doci non excede. Probatur  
conclusio primo ex dicta leg. 2. tit. 2. lib. 3. for. approbata à 1. 2.  
m. lib. 5. compil. nota. ibi enim dicitur quod el marido no-  
puedat mas en arribas a fu mujer de la decima parte de sus  
bienes. Expendendum enim est verbum illud *de sus bienes*,  
quod in propria significacione suscipi debet, argum. leg. 3. §.  
huc verbo de nego. gestis: at quod alteri debes non est ve-  
re remun. sed alienum, tamen ob ignorantiam proprium esse  
cidas. Ergo illud pro bonis tuis propriis computandis  
non est maximè in computatione, quia tibi praedicta; se-  
cundo lex testringens, ne promissio, vel datio arribarum de-  
cimam bonorum donantem excessat lata est tum in fauorem  
ipius promiscentis, ne ob predicitam donationem pauper  
removet, tum in eius consanguineorum fauorem, ne ha-  
reditate obviatura priuenter, ob quam causam eis conceditur  
ad repetendam excelsum leg. 1. tit. 2. lib. 2. fori. Sed predicti  
faures cessant computatis bonis alienis, ac si propria essent.  
ponamus namque omnia bona prater illas arribas à te sub-  
stabilita aliena erant, manifestum est te pauperem reman-  
suum, & consanguineos omni hereditate priuari. Ergo bona  
qua vera aliena sunt non debent computari. Tertius ap-  
pellacione naturali bona aliquis sunt, que superflue deduc-  
to ex alieno leg. *mulier bona*. ff. de iure donum leg. subfigura-  
tio 3. bona ff. de verbis obligat. At in contractibus bona su-  
morum appellatione naturali, ut rebuff dicta leg. bona  
bonorum appellatio. Ergo in hoc contractu arribarum bona lu-  
mida fuit deducta esse alieno. Quarto concinnatur ex leg.  
1. lib. 2. fori. *huius perceptio fundo* ad *T. obelli*. vbi iustus restituente  
hereditatem retento fundo qui fuit pignoris, vel hypothé-  
tus, ob quam causam postmodum evincitur, retinere  
te hereditate estimationem fundi potest, quia ea estimatio  
derivatione est ex hereditate. Sic igitur in computatione bo-  
norum pro arribis contiundendis deducenda sunt que postmo-  
dum fuerint evicta.

5. Neque obstanta contraria. Ad primum ex leg. bonorum  
respondet non dixisse legem bona nostra esse, quae bona fide  
possidemus, sed in bonis nostris computari, quod minus est  
ad quem effectum sufficit bona fides. Adde in favorabilibus,  
& ad ciuiles effectus scilicet ad actionem, & exceptionem,  
ad prescriptionem, ad possidendum re publicae officium,  
quod statuo, & lege caueor, ne illus possidere possit qui  
mille in bonis non habeat, bona propria centeri; secus in  
principianibus quales sunt promissiones, & obligations. Ad  
secundum dico, ob fauorem publicum, qui adest in testa-  
mentorum summae sicut in testis aliis inhabili, habili  
reputatus. At computare bona aliena pro arribis statuendis bo-  
no communis non expediat, sed potius contrarium. Ad tertium  
ex cap. consultationibus admitto institutum à possidente pa-  
tronatum remouendum non esse, quia praefaciatio, et fructus  
patronatus, qui bona fidei possessori debetur: at constitutio  
arribarum non est fructus bonorum, sed illorum alienario.  
Non igitur ex patronatus præstatione defumi potest argu-  
mentum bona quae propria creduntur, & re vera aliena sunt,  
et bona propria computari debere.

6. In possessione autem vinculi, seu maioratus omnes Do-  
ctores conuenient non esse spectandum maioratus valorem,  
ut liquidari possit decima, quam attingere donatio arribarum  
potest, sed spectando esse fructus, seu annos redditus,

quia iis donans gaudere debet, & de his disponere potest, non  
verò de majoratus valore, argum. leg. hereditatum ff. Ad leg.  
Falcidianu. Et tradit Molin. leuita. tract. 1. disp. 43. 2. vers. circ. 6.  
hoc Sanch. lib. 6. disp. 3. n. 1. Gutierrez. lib. 2. tract. quæst. 7. num.  
2. Et de matr. cap. 19. num. 28. Sed qualiter iij anni redditus,  
& fructus computandi sunt, non est conflans inter Doctores,  
cum incertum sit quorū annis possessor maioratus vivit. Ita  
ideoque aliqui dicunt arbitrio prudentis computandos esse  
iuxta numerum annorum qui creditur vivit. Quia computa-  
tiones facta utrum legitima retractari non debet ex futuro  
postmodum eventu iuxta leg. *Sancimus*, Cod. de administrat.  
tutor. leg. nec en. m. ff. de iure, aliisque priuato. Alij sentientes  
hanc computationem esse nimis fallaciem affirman tempus  
mortis spectandum esse, & tunc examinandum; an donatio ar-  
ribarum excederit decimam partem omnium fructuum, & red-  
ditum, quos donans in vita percepit, & si excedere repertum  
sit, derelatur is excessus, & ad æqualitatem decima pars  
fructuum restituir donatio, quæ videtur sub hac conditione  
a principio facta, nisi inter partes aliquid convenienter fuerit, ut  
recte conuenient potest ob incertitudinem: sic tradit Glosa in  
dicta leg. hereditatum, verbo, *triginta*. Batt. ibidem, vers. quo-  
si. Cobarrub. lib. 3. variar. cap. 9. num. 9. Gutierrez. lib. 2. tract. q.  
17. num. 8. Et de matr. cap. 19. num. 29. Sed rectior, & facilior  
computatio est, quam assignat Molina Iurista lib. 1. de primo-  
gen. cap. 1. 9. num. 41. Azebedo. lib. 5. recipit. 2. num. 18. Gutier.  
dicta quæst. 17. à n. 8. Et de matr. cap. 19. num. 31. Sanch. lib. 6. de  
matr. disp. 3. n. 3. & 4. vt fructus, & redditus maioratus aesti-  
matione census vitalitatis, quippe comparatione possessoris  
majoratus cuius redditus sunt quasi redditus census vitalitatis.  
Vnde cum census vitalitatis ad rationem unius pro decem iux-  
ta nouam Philippi II. pragmaticam constitutus sit, & perpetuus  
ad rationem unius pro viginti, efficiunt sanes, si maioratus  
annis redditus milie autem perpetui sunt, ad vitam duos  
milia esse debent, arribarumque valor duo millia excedere  
non potest.

7. Verum arribae promissa à marito habente filios prioris  
matrimonij, vel illis cellentibus ascendentibus legitimos, an  
extrahendas sint, sicut & alia debita de corpore hereditatis,  
vel solum de ea parte, de qua liberè disponere potest, scilicet  
de quinta bonorum parte, si descendentes legitimos habeant,  
vel tercia, si illis ceterat, & habeant ascendentibus? Non est leuis  
controversia, in qua Azebedo leg. 2. tit. 2. num. 30. lib. 5. recipit.  
& Ayora de partitionib. 2. part. cap. 44. affirmant ex corpore  
hereditatis extrahendas esse, eo quod constitutio arribarum  
non est gratuita, & liberalis donatio, sed remuneratoria dotis  
sponsa, illiusque nobilitatis, at donatio remuneratoria utpote  
ex honestate debita ex cumulo hereditatis extrahenda  
est. Ergo ex eodem cumulo extrahenda arribarum donatio.  
Sed rectius contrarium sententia Spino specul. testam. Glosa.  
18. num. 94. & 95. Azebedo libi contrarius leg. 12. num. 4. tit. 6.  
lib. 5. recipit. Angulo de meliorationib. leg. 12. glosa. 1. num. 22.  
Sanch. lib. 6. disp. 38. num. 15. Gutierrez. lib. 2. tract. quæst. 43. num.  
22. Et seqq. Et de matr. cap. 19. num. 32. eo quod nullo iure con-  
stringitur sponsus arribas sponsa assignare, sed carum assigna-  
tio tamen si aliquo modo remuneratoria sit, est tamen voluntaria,  
sed ob donationem voluntariam æquum non erat legitima  
filiorum, aut ascendentium, quæ ex rigore iustitia debita  
est minore. Ergo &c. Secus est dicendum, si tempore quo  
arribas promisisti ascendentibus, vel descendentiibus careres,  
eo calu exto cumulo hereditatis sunt extrahenda, neque  
naturitate filiorum arribarum donatio revocatur, aut aliquo  
modo restringitur utrumque quæ non est omnino liberalis, sed  
remuneratoria, & per quam est ius sponsa querit, ut late  
Sanch. & Gutierrez. supra confirmant.

## §. V.

An valida sit arribarum donatio ultra decimam pra-  
cipue accedente iuramento?

1. *Valida est arribarum promissio quoad eam partem, que decima attinet. Secus quoad excessum.*
2. *Examinatur, an promissio arribarum ultra decimam voleat in foro conscientia, ita ut accipiens non habeat obligationem restituendi.*
3. *Resolutio in vitroque foro invalidas esse promissiones, & donationes arribarum ultra decimam.*
4. *Satisfit rationi opposite.*
5. *Plures cen. ex adiecto iuramento validam esse promissionem, vel donationem arribarum excedentem decimam.*
6. *Contraria opinione docuerunt plures.*
7. *Alij consenti firmari iuramento sponsalitiam largitionem.*
8. *Resolutio, neque promissionem arribarum, neque sponsali-  
tiam largitionem ultra octauam firmari iuramento.*
9. *Soluuntur opposita fundamenta.*

1. *S. I. arribas ultra decimam bonorum, de quibus disponere  
potes, promissis, vel donaueris, promissio, seu donatio*